



*Magnifico & spectabili Viro,*

D. VINCENTIO TACH-  
SELHOFERO, INCLYTÆ  
ET PRAEPOTENTIS REIPVB.  
Bernensis Senatori prudentissimo, Pro-  
uinciaëq; Gallicæ Quæstori meritissi-  
mo, Domino meo plurimùm  
obseruando

*S. P. D.*



QVAMVIS, Venerande Me-  
cænas, & Patriæ Pater, hu-  
mani nostri generis, quod  
CHRISTVS vnicus ille &  
æternus *Dei Filius*, pretioso suo sangui-  
ne redemit, atrocissimi hostes, infando  
prorsus dolore afficiuntur, si quando  
præter spem eos, quibus ad amplifican-  
dum Inferorum regnum, auidissimè in-  
hiant, ex foedissima Vitiorum cloaca,  
ad sacratissima Virtutum templa pro-  
perare conspiciunt: (*magis enim crucian-*

);( 2